



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

Concilium Nemavense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO CHRISTI priuatum esse , testatur Innocentius papa epistola 22. c. 5.

<sup>389.</sup> Hac eadem Capuenſi Synodo constitutum fuit , ne fierent reba-  
ptizationes , reordinationes & episcoporum translationes . Hæc ex  
78. & 79. epist. Ambrosii . Baron. anno 389. num. 67. 72. 73. & 74.

<sup>b</sup> Capuana . ] Sic dicta a Capua , quæ Ptolemae est nobilissima vrbis  
Campaniæ . Antea Vulturum dictam , scribit Liuius . Oscam prius  
vocatam tradit Sempronius . Iulia Capua felix colonia dicitur a-  
pud Frontinum , teste Onufrio . Sicopolim aliquando dictam fuisse  
apud Sigionum lego . Quæ hodie Capua est , distat a veteri 2000.  
passuum , vt scribunt Leander & Carrafa . In veteribus autem rui-  
nis hodie tantum extare templum beatæ Mariæ sacrum iidem nar-  
rant , ab Ortelio .

ANNO CHRISTI CONCILIVM NEMAVNSE.

Cuius acta Martinus , licet absens , angelo nuntiante cognouit .

QVI Synodi huius auctor nobis est , Sulpitius Seue-  
rus , quo tempore celebrata sit non indicat . rem au-  
tem hoc modo gestam narrat sub finem dialogi 2. Apud  
Nemavsum , inquit , episcoporum Synodus habebatur , ad quam  
quidem ire voluerat , sed quid gestum esset , scire cupiebat . Caju cum  
eo ille Sulpitius nauigabat , sed procul , ut semper , a ceteris in remota  
navis parte residuebat . Ibi ei angelus quid gestum esset in Synodo  
nuntiauit . Nam post tempus habiti Concilii solicite requirentes ,  
satis compertum habuimus , ipsum diem conuentus , & ea ibi ab  
episcopis fuisse decreta , quæ Martino angelus nuntiauit .

ANNO CHRISTI 390. CONCILIVM MEDIOLANENSE,  
QVO IOVINIANVS CONDEMNATVS FVIT,  
SVB SIRICIO PAPA.

NOTÆ.

<sup>a</sup> Concilium . ] Cum Iouinianus haeresiarcha , post octo annorum la-  
tebras , anno Christi 390. qui est Siricii pontificis sextus , & Theo-  
dosii imperatoris duodecimus annus , post cladem Theſſalonicensis  
, teste Ambroſio epiftola 28. Mediolano , vbi ſub habitu mona-  
ftico & catholicō nomine latuerat , electus , Romæ plures sermone  
scriptisque a ſe commentarii feduxiſſet , idque Pammachii cuius-  
dam nobiliffimi ſenatoris , ardentiffimi & doctiffimi catholicæ fidei  
propugnatoris opera , studio ac diligentia Siricio pontifici innotuſ-